n **Hinc aūt** quinque inconuenientia adque pūt duci ponētes vnā formā: nā h ponē videt repugnare cōpōni ipsius hois. 2° repugnat organiçationi corpis ipsius. 3° ꝙdicit mixtioni ei⁹. 4° nāe t sbalitati. 5° repugnat ei⁹ ꝓprietati. ¶ Prima rō que videt ducere ad impossibile ponētes vnā formam sumit ex cōpōne ipsius hois. hō enim qd cōpositū ex gīe t dīa per quā reponit in esse specifico. h⁹ aūt genus t dīa ꝙstituūt diffinitionē ipsius hois. diffinitio aūt ut dicit. 7. me^ce. est sermo hūs ptes t est ꝓportio ptiū diffinitionis ad ptes rei que est totius sermonis ad totā rez. sed res diffinibilis est cōposita ex rebus differētibus realr: q̄ simplicium non erit diffinitio ut ex eodē septimo hēri pōt. ptes ꝙ diffinitionis. s. genus t dīa que sunt corrūdētes ptib⁹ rei diūsas nās realr importāt. ergo q̄ dīa ut patet ꝓ habita importat nāz realr differētē a nā gīis: ops formā per quā reponit cōpositū ineē specificū q̄ talē formaz dat intelligere dīa eē diuersam realr a forma generis sunt ergo in quolibet cōposito diuerse forme. ¶ Amplius ponere vnā formā in cōposito nō solū repugnat cōpōem ipsius hois sed ēt organū corpis eius. infusio enim, aie ꝑsupponit corpus organiçatuz. organiçatio aūt de necessitate regrit aliquā formā sbalē in cui⁹ virtute hēat eē exercitio membroꝝ. est ergo in hoie dare aliā formā ꝑter aiam rōnalē: ut formā illā quam ꝑsupponit organiçatio. dicere aūt formā illā recedē aduenīente aia rōnali videt absurdū: q̄ si manet posterius necesse est remanere ꝓius. Cū ergo ipsa organiçatio nō cedat aduenīēte aia rōnali intellectiua: non est possibile cedē formā illā quā ꝑsupponit organiçatio. ¶ Amplius illud corp⁹ cuius aia est forma est corp⁹ mixtuz. sola aūt mā nō pōt dicere qd mixtū. ops ergo dare formam mixtionis in corpe humano aliā ab aia rōnali. ꝓsupponit enim aia rōnalis formā mixtionis cū aduenīat corpi mixto organiçato ꝙdicit ergo ponē vnā formaz ipsi mixtioni. ¶ Amplius h ꝙdicit nāe sbalitati ipius corpis. hō enim est cōpositū sbaliter ex aia t corpe. corpus ergo ex quo sbaliter cōponit hō est corp⁹ q̄ est sbalis⁹ aūt corp⁹ nō pōt dicē mām solā. mā enim precedit ipm genus sbe q̄ pncipia ꝓra sunt hijs quoꝝ sūt pncipia. mā re t forma sunt pncipia in gīe sbe. corp⁹ aūt est posterius q̄ sit ipsa sba nō ergo sola mā est corp⁹ ex quo sbalr cōponit aial q̄ tūc idē eēt ꝓius t posterius se ipso. ¶ Amplius h repugnat ꝓprietati ipsius corpis. corpus enim qō est altera ps aialis est qd graue. oportet enim in quolibet mixto dñari aliqō elā^r. alr enim nō eēt dare ꝓpriū motū ipsius mixti qō est cōtra pōm cū mot⁹ sequat nām rei. est enim natura pncipiū motus t getiꝰ per se t ꝑmo t nō ꝑm accīs ut dicit 2° phi. si enim in mixto nō dñarek aliqō corpus graue neq; leue nō moueret nāliter sursum neq; deorsuz. Et q̄ non cōpeteret illi corpi hēre aliquē motū nālē: ꝓns est q̄ illi corpi nō cōpeteret alia nā pp qō cogimur ad ponendū q̄ in oi corpe mixto dñet aliqō elemētū. hi⁹ aūt elemētū dñans in quolibet mixto ꝓpriū est eē graue. cuz ergo sola mā nō sit grauis neq; leuis corp⁹ aūt ex quo sbaliter ꝙstat q̄ sensibilr appet eē ipm graue: solā mām importare non pōt.

¶ Lapl'm x^m in quo ponunt auctoritates per ꝙs videt ostēdi q̄ non sit vna forma in cōposito.

q **Alia induximus** rōnes p ꝙs aliq conantur ostēdere nō eē vnā formā in cōposito t rōnibus alijs inuentis. si quas rōnes auctoritas. ꝙ. ex nobis inuenire potuimus attēdere ꝓcurauimus. Ut igitur ꝑma pars huius opis plene sit tradita: restat ponere auctoritates que vident ꝙdicere vnā^m formē. Dicit enim An. ꝑm monolo^m ca° 17°. q̄ hō per aliud est hō t per aliud corpus: sed illud per qō aliud est tale videt eē forma: cum a forma sit ois denoiatio. non ergo per eādem formā hō est hō t est corpus. ¶ Amplius ꝑm phm libro de aialibus. embrio ꝓius viuit vita plante: postea vita aialis: postea vita hois. sed ut idē phus tradit ꝑmo de aīa. est viuētibus viuere eē. sed esse t actus sunt a forma si embrio viuit vita aialis h est per aliam formā. ¶ Precedit ergo forma per quā embrio viuit vita plāte formam per quam viuit vita animalis. Tunc quero adueniente forma per quam embrio viuit vita

aialis: aut cedit illa forma per quā viuebat vita plāte aut nō. q; si nō habet interiectū. qz ex hoc sequit cē plures formas in cōposito. dicere aūt q; cedat nō videt cōuenīēs. Quia nihil nāliter disponit ad corruptionem sui. sed vita plāte in embrione est quedā dispō ad vitaz aialis. Quia in formis ordinatis forma ꝑma disponit ad sequētē. ergo aduenīēte forma per quam viuit vita aialis nō corrūpet forma per quā viuit vita plāte. Et qđ dictū est de vita plāte respectu vite aialis: intelligē dum est de vita aialis respectu vite hois. Immo ordo formarū qui videt cē iter formā qua viuit vita aialis z q̄ viuit vita hois auget argumēti difficultatē. Quia forte fugeret aliqs rōnē de vita plāte dicēs q; aduenīēte forma qua viuit vita aialis non cedit forma qua viuit vita plāte: qz tūc aligd disponet ad corruptionem sui. Nec tñ ꝓpter hoc sūt plures forme in opposito qz forma qua viuit vita plāte ꝑficit z complet ita q; postmodū per eā viuit vita aialis. sed h de vita hois dicē non possumus: qz forma qua viuit vita aialis exīs in embrione añ introductionē aie itellectiue est deducta potētia māe. forma aūt qua viuit vita hois est ab ex̄ per infusionē. Nō est aūt itelligibile q; forma educta de potētia māe fiat forma que est ab ex̄ per infusionē. Quicqđ ergo fit de aialib^{9} aliis saltē in hoie opz dare plures formas. ¶ Ampli^{9} 2^{o} scribit 2^{o} de aia. q; intellect^{9} alterius genus est aie z sepat ab aliis. s. a uegetatiuo z sensitiuo. sicut ꝓpetuū corpis sed ꝓpetuū corruptibile non pūt dicē vnā z eādē nām. ergo intellectū nō dicit eandem formā cū uegetatiuo z sensitiuo. sunt ergo plures forme in cōposito. ¶ Amplius Cōmētator sup̄ ꝑmuz phi. ait q; oia que sunt inter mām ꝑmā z formam ultimā sunt māe cōposite z forme cōposite. sed h nō cēt si sola vna forma existit z in quolibet cōposito qz tūc qlibet ſbalis forma ꝑficeret imediate mām ꝑmā. Non ergo eēt dare cōpositā mām cuz ſbalis forma eēt ꝑfectio quelibet forma eēt simplex si negato ordine formarum ponerem⁹ vnā formā in quolibet cōposito. ¶ Amplius idē Cō^{tor} aut sup 2^{o} me^{ce}. q; materia ꝑus recipit formas magis ul̄s. deinde minus ul̄s usq; ad indiuiduales. qđ non eēt nisi forma gñis eēt diuersa a forma spēi. relingtur ergo plures formas esse in composito.

¶ Amplius in de ſba orbis scribit q; dimēsiones indeterminate ꝓcedūt formā ſbalē in mā: sed nullū accūs pōt ꝑficere ꝑmā mām: qz tūc accūs daret eē simplr ut supius tāgebat. opz igit̄ q; sicut dimēsiones determiate sequunt formā speciſicā z determinatā. ita dimēsiones indeterminate sequunt formā gñis que est q̄si forma indeterminata respectu forme spēi. Dimēsiones ergo indeterminate medie sunt inter formā specificā ꝑm quē modū loquēdi appet uerū eē quō dimēsiones indeterminate ꝓcedūt formā ſbalē in mā. Quia ꝓcedunt forma ſbalē in mā. Quia ꝓcedūt forma spēi non generiſ. Qđ si ueruz est ut ꝟba Auerois sonare videnf neče est plures formas eē in cōposito. dimēsiones enim interminate nō possent esse mediū inter formā gñis z spēi nisi alia eēt forma gñis a forma spēi. Possemus aūt alias auctes adducē que h idē sonare videnf. sed h̄ gra breuitatis sufficiūt: qz per sol̄ones h̄arū soluē poterit auctoritates ꝓsimiles diligens ingitor.

Inciptunt capitula

secūde partis in qua soluunt rōnes z auctoritates adducte ꝓtra vnitatem forme.

¶ Capl̄m ꝑ^{m} in quo ostendit quid significat per nomen corpis z quot modis pōt accipi corpus.

¶ Capl̄m 2^{m} corp^{9} nō est in gñe ſbe directe: sed per reductionem solam mām significat dignoscit.

¶ Capl̄m 3^{m} q; cum dicimus aial cōpositū ex carnib^{9} z ossibus qđ noie carniū z ossium importet.

¶ Capl̄m 4^{m} qđ cēsendū sit de carne z osse. utz dicat carnē eq̄uoce de carne mortua z viua. z utrū os eq̄uoce de osse mortuo z viuo.

¶ Capl̄m 5^{m}. utrū caro mortua z viua possint dici eadē numero. Et utrum ossa z nerui z hi^{9} ꝓtes corporis eedem numero dici possint.

¶ Capl̄m 6^{m} in q̄ soluunt rōnes supi^{9} facte ostēdētes q; ponē vnā formā ꝺdicit corpi christi exīti sub sacō.

¶ Capl̄m 7^{m} in quo soluunt rōnes ostēdētes q; ponere vnā formā repugnat corpi christi exīti sub sacō.

¶ Capl̄m 8^{m} in quo soluunt rōnes supius facte ostēdētes q; ponere vnā formā repugnat formationi passioni z morti corpis christi z alīs que dicūt de h^{9} corpe.

¶ Capl̄m 9^{m} in quo soluunt rōnes ostēdentes q; ponere vnā formā in quolibet cōposito ꝺdicit statui aiaꝝ.

¶ Capl̄m xx^{m} quo soluunt rōes nāles supi^{9} facte ar^{tes} oñsione q; nō sit ponē vnā formā in quolibet cōposito.

¶ Capl̄m xj^{m} in quo soluunt rōnes nāles ducētes ad impossibile q; non sit ponere vnam formam.

¶ Capl̄m 12^{m} in quo ostēdit q; ordinē h̄nt ad inuicez forme in mā resistētes. Et q; ꝫ dimēsiones indeterminate ꝓcedāt formam ſbalem in mā nō tñ ꝓpter h̄ in composito oportet ponere plures formas.

¶ Capl̄m 13^{m} in quo soluunt auctes tam sanctorum q̄z phoz ostendētes q; nō sit ponere mām in cōposito.

¶ Capl̄m ꝑmū in quo ostēdit qđ significat noie corpis z quot modis pōt accipi corpus.

Expedita ꝑma ꝑte huius libelli in qua posite sunt rōnes z auctes que videnf arguere nō eē vnā formā in qlibet cōposito restat ex^{ce} qui scēdam ꝑtē in qua ostēdat ꝓdcās rōnes z auctes nō ꝓcludere: sed anteqūz serī atim soluam⁹ ꝓdicta ꝑmittemus quedā ꝑambula ad ꝓpositū. plures eni doctoꝝ sumūt difficultatē ex siḡto carnis z ex eq̄uocatiōe que videt ꝓsurgē ex corpe ul̄ ex carne ꝓut diūsificat p eē mortuū z eē viuū. Jō ꝑ^{o} ostēdem⁹ qđ siḡtur noie corpis. deinde qđ siḡtur noie carnis. postea manifestabitur. Utrū nomē corpis z nomē carnis dicant eq̄uoce de corpe mortuo z viuo z de carne mortua z viua. qb^{o} ostēsis q̄si ꝑambulis nec̄ys ad ꝓpositū facili^{9} solui poterūt argumēta ꝓbantia gradus formarū. h̄ visofaciem^{9} quādā distinctionē de corpe.

¶ Sciēdū q; corp^{9} triplr pōt sumi. vno mō ꝓut est in gñe quātitatis. alio mō ꝓut est in gñe ſbe ꝑm rectaz lineā. 3^{o} mō ut est in gñe ſbe non ꝑm rectā lineā: sed per reductionē z tanq̄z ꝓncipiū. corp^{9} enim ut dicit ipsas trinas dimēsiones sic est in gñe quātitatis. nā q̄ntitas ꝓtinua diuidit in lineā superficiē z corp^{9}. Ita q; linea dicit solū vnā dimēsionē ut lōgitudinē siue latitudinē z sine ꝓfunditate. superficies qđē duas dimēsiones ꝓportare videt: sed corp^{9} oēs tres dimēsiones comꝑhēdit lōgū latū z ꝓfundū. Ipsa ḡ quātitas ꝓtinua has dimensiones hūs est corp^{9} qđ est in gñe ꝑm rectā lineā q̄ntitatis. 2^{o} mō accipit corp^{9} ut est in gñe ſbe ꝑm rectā lineā z sic corp^{9} nō dicit ipsas tres dimēsiones sed dicē māz cū forma ſbali ꝑm quā forma est apta nata has tres dimēsiones suscipe. tñ cū diūsoꝝ generū z ut ſbalternatim positoꝝ diuct se sunt spēs z die quātitas z ſba que sunt diuersa gña realr: diuersa realr dia opz diūsas species z diias hēre. Corpus ergo qđ est spēs ipsi^{9} ſbe uel est genus eius: qz ſba alia corpea z alia icorpea opz eē realr differēs a corpe qđ est in gñe quātitatis. Nō est enim idē corpus qđ diuidit ſbam cū dicimus. ſba alia corpus alia icorpea cū corpe qđ diuidit quātitatē continuā cū dicim⁹ q; quātitas ꝓtinua alia est corp^{9}: alia superficies: alia linea. ¶ Preter aūt has duas acceptiones corpis oz dare corp^{9} tertio mō dictū. dicim⁹ eni q; leo est corp^{9} z q; plāta ñt corp^{9}: z dicim⁹ leonem z plātam z qđlibet aiatuz esse cōpositum ex aia z corpore.

ꝓstat autez partem non p̄dicari e͛ntialiter de toto sed denoiatiue nō tm̄.homo enim est manus sed manutatus.z ideo non est caput sed capitatus.sed cum de ratione generis z speciei sit p̄dicari e͛ntialiter z non de nominatiue ut caput tradit corpus qd̄ est pars leonis uel qd̄ est altera pars alterius corporis aiati ad hi⁹ corpus genus esse non poterit. ¶ Preter ergo q corpus qd̄ est in genere quātitatis oportet dare corpus secundo modo dictum qd̄ est genus ad corpora animata. Et etiam corpus tertio modo sumptum qd̄ est pars essentialiter animatoꝝ corporum.Nam si corpus diuidit in corpus animatum z inaiatum: oportet corp⁹ sic acceptum esse genus ad omnia corpora tam animata q̄z inanimata.rursus q omne corpus animatum tanq̄z in partes integrales diuidit in animam z corpus. cogimur ꝑter corpus qd̄ est genus corporis animati ponere corpus qd̄ est pars e͛ntialis eius. ¶ Est tamē diligēter notandum q tam corpus qd̄ est genus q̄z corpus qd̄ est hi⁹ pars ad genus substātie pertinet: q cuz corpus animatum substātiam nominet z q nō est sba sbarum genus esse non possit: oportet esse substantiam corpus qd̄ est genus corporis animati. ¶ Amplius q omnes partes substātie sunt sba: non solum corp⁹ qd̄ est genus corporis animati est in genere sbe ſm rectaz lineam. ¶ Maz substātia sensibilis ut est genus dicit quid compositum ex materia z forma iūcta ſm illud Boetij in cōmento super predicamētis.ubi distinguit de triplici substātia videlicet materiam z formā z cōpositū.ait q relictis agit de medio.vult enim ibi q sba qd̄ est genus non dicit materiā tm̄ nec formam tm̄ sed cōpositum ex utrisq;.Q; si accipiat materia large ꝓ omni potentialitate z forma large ꝓ omni actualitate. Verum est vniuersaliter de omni substātia.Quia nihil est in genere sbe directe nisi substantia sit composita.sed si accipiat materia z forma stricte z ꝓprie non est nerum de genere sbe vniuersaliter sumpte sed solum de sba sensibili: q nihil est de genere substātie sensibilis directe niſi sit cōpositum ex materia z forma. Dicta tamē non facit difficultatem in ꝓposito: q lz sit aliquid in genere sbe directe qd̄ est per se existēs qd̄ non est cōpositum ex materia z forma ut intelligētia: nihil est tamē per se existēs cōpositum ex materia z forma: qd̄ non sit in genere sbe directe.corpus igit̄ qd̄ est genus q dicit quid cōpositum ex materia z forma ſm rectam lineam est in p̄dicamēto substantie. z corpus qd̄ est genus non cadit ex latere: sed cadit ſz diametralem lineam: z oportet corp⁹ sic acceptuz esse directe in p̄dicamento sbe: quare corpus qd̄ est genus corporis aiati ſm rectam lineam pertinet ad substantiam que est genus. Sed corpus qd̄ est pars hi⁹ corporis directe in genere tali esse nō pōt. Quia que ſm rectam lineam in p̄dicamēto existūt de se inuicem predicant. Corpus itaq; qd̄ est pars sibi directe in genere sbe de corpore sic sumpto predicaret. Sed cū pars nō predicet de toto nec ecōuerso:corpus qd̄ est genus ga dicit totum de corpore qd̄ est pars p̄dicari nō pōt nec ecō. ꝓpter qd̄ manifeste cōcludit corpus qd̄ est pars in genere sbe directe esse nō posse. ¶ Patet ergo uerum esse qd̄ a ꝓncipio dicebat videlicet q corpus triplr sumi pōt. Et vno mō sumptum nec est in gīe sbe directe nec per reductionē: q nō est sba sed est quātitas continua tres dimēsiones habēs.secūdo modo acceptuz est in genere sbe nō per reductionem sed directe: z sic est genus corporis aiati.tertio vo modo sumptum nō directe sed per reductionem ptinet ad p̄dicamētum sbe. Et sic sumit nō ut genus:sed ut est pars corporis aiati. ¶ Cuz ergo querit qd significat noie corpis q in .b. capło ꝓncipalr videbat e͛ intentum.patet q vno mō noie corpis significat quātitas ꝓtinua.alio mō sba cōposita ex materia z forma.3o mō noie corpis significat qd sbe sic accepte. Vtrum aūt de rōne corpis hic accepti sit sola mā:uel sit ipsa forma:uel sint ipa accūtia in sequenti capitulo apparebit.

¶ Caplm 2m.qd intelligatur per corpus quod est altera pars compositi.

A quibusdam nr̄is editionib⁹ thcologicis ubi de corpe christi speciale tractatum fecimus: z etiam in qbusdam cōnibus q̄s sup 1o de aia edidimus plura tagere videbūt ad hāc mā ptinentia.vz.Videt noie corpis ꝑt corpus dicit alteram ptem corpis aiati importet sola mā.uerum q ꝑs opus susceptuz regit de .b. qdez die declarabimus ostēdētes qd importet noie corpis ꝑt corpus dividit ꝓtra aiaz z c̄. ¶ Pars qdem corpis sic accepti nō videt importare mām quo cūq; mō sumptā.q cum oia corpa tam aiata q̄z inaiata sint cōposita ex mā z forma si mā quocūq; mō sumpta corpis p̄dicationem suscipet z posset dici corpus: sicut oia corpa sunt cōposita ex mā z forma: sic oia corpora e͛nt cōposita ex forma z corpe qd̄ usus z ueritas nō patit̄:sed solum corpa aiata diuidunt in aiaz z corpus: z q aia ibi se hēt ut forma ctā hi⁹ corpa sint cōposita ex corpe z aia: opz ea e͛ cōposita ex corpe z forma: q si oia corpa sunt cōposita ex mā z forma solum aūt corpa aiata cōposita sunt ex corpe z forma ſm materiam se ꝓsiderata z simplr sumpta nō pōt corpis nominationem suscipe. ¶ Rursus loquēdo de corpe qd̄ est pars cōpositi de quo ꝑus ꝓncipalr in hoc caplo intēdimus mā sba cum forma cēntali corpus dici nō debet qd̄ quātuz ad ꝑs spectat duplici rōne ostēdi pōt. ¶ Nam ut patet per habita corpus qd̄ dicit mām cuz forma est corpus qd̄ est genus.corpus aūt qd̄ est gen⁹ ut supius dicebat nō est idem cū corpe qd̄ est pars.ḡre corpus qd̄ est ps nō dicit mām cum forma. ¶ Amplius corpus qd̄ dicit mām cum forma p̄dicat de ipsa re cōposita cū h̄eat rōm gīis.corpus aūt qd̄ est ps nō p̄dicat ergo corpus qd̄ est ps mām cum forma importare nō pōt. ¶ Itaq; lz nō sit difficile vidē qd significat corp⁹ qd̄ est genus q significat mām cum forma:difficile tm̄ est intelligē q sigt corpus qd̄ est pars. ¶ Ad cuius euidēti am sciēdum q corpus qd̄ est ps z .b. mō solam mām significat nō qd̄ significaret solam mām absolute ꝓsideratā z in sua simplicitate sumptā ſm mām aliquo mō cōpositam. Jn .b. ergo erit difficultas quō accipi potest mā aliquo mō cōposita que tm̄ solam mām noiet. Est enim q̄si per se ma^m q corpus quocūq; mō sumptuz dicit aliquo mō qd cōpositū.vñ z phs p^o me^ce.uolēs im probare antiquoꝝ phoꝝ errores q erat modus erroris eoꝝ.Quia ponebāt mām e͛m corpoꝝ.i.e͛m de numero corpoꝝ.Quia dicebāt mām e͛ corpus.mā enim in se ꝓsiderata nec nullo mō dici pōt corpus: q mā sic accepta dicit qd simplex.corpus vo quocūq; mō sumptum quodāmō qd cōpositum noiat. ¶ Propter qd diligēter ꝓsidrādū est q mā ex eo q ꝑtūcta est quantitati z alijs dispōnib⁹ exītib⁹ in ea aliqd ex .b. sequitur Nam mā de se nō est extēsa.ꝑtūcta vo quātitati hēt e͛ extēsuz.hēt itaq; mā ptes nō in se accepta:sed ut quātitati substernit.Nam sicut albedo est multa z extēsa p superficiē:z si diuideret superficies alba alie e͛nt ptes superficiei z alie ptes albedinis:sic mā est extēsa per quātitatem: z si divideret quātitas alie e͛nt ptes quantitatis alie ptes mām:ḡre si mā ex .b. est extēsa q hēt ptes cum alie sint ptes quātitatis cogimur dicē q alia sit extensio quātitatis z alia mām.sed cū ptes mām sint mā:si p intellectū segregauerimus ptes mām a ptibus quantitatis materia habēs partes nō dicit aliqd q̄z mām: z per cōsequens materia extensa loquēte de extensione ipsius materie solam materiam nominat.z cum nō sit

itelligibile aliqd esse extēsu ȝ ꝛ habere partes nisi sit ali quo modo quid cōpositum. Verum est qđ supius dicebat. q sola materia potest quid cōpositum dicere: ꝛ ut qd compositum noiat pōt corporis nominationem suscipe. ¶ Imaginant enim aliqui q extensio materie sit alia ab extēsione quātitatis. Sed credunt q extensio materie differēs ab extensione quātitatis ut quedā res differens a materia ita q materia ꝛ sua extēsio ꝑm eos sunt due res realiter differentes. q ergo imaginat extēsionem materie esse aliam ab extensione quātitatis uere imaginat qr partes materie sint alie a ptibus quā titatis differre ab extēsione quātitatis: sed qr credunt q extensio materie differēs ab extēsione quatitatis sicut quedā res subaddita materie realiter ponēs in numerum cum ea: falsus est intellectus. Nam inter materiam ꝛ formam nullus est medius ꝓpter qđ sicut quā titas immediate ꝛ per se ipsam extendit materiam: sic materia immediate ꝛ per se ipsam extendit per quanti tatem. vnde sicut quātitas sic materia extēsa nō est ali ud q̄ materia. Si enim quātitas hoc mō excedit mate riam impmendo ei quādam extēsionem realiter a ma teria differētes; queret de illa extēsione impssa materie videtur immediate ꝛ per se ipsam materiaȝ extēdet. ut ḣ efficeret impmendo ei aliam extensionem. Cum er go non sit abire in infinitum: stādum est in ꝑmis. tenē dum q quātitas per seipsam extēditur a quantitate s⁹ ut dicebat: sic quātitas excedens solam quātitatē no minat: sic materia extēsa sola quatuor noiabit. ¶ Sȝ humanus intellectus gescere nescit: semp enim rema net dubiū quomō materia extēsa ꝛ habēs partes que quodāmodo qd compositū nominat potest dicere so lam materiam: cum sola materia ut videt quid cōpo situm noiare non possit. ¶ Ad hⁱ⁹ difficultatis intelligē tiam ualet illa cōmunis distinctio q duplex est cōpo sitio ex ḣis ꝛ huic. Pōt ergo intelligi aliqd esse cōposi tum qđ apponit huic: lȝ ex ḣis cōpositum esse non pos sit: manifestum est qdeȝ q sola materia nullo mō pōt die quid cōpositum ex ḣis: qr omne qđ ex ḣis realiter componit habet in se duo cōponentia que realiter dif ferūt. quare sola materia esset due res realiter differen tes materia extēsa ergo lȝ solam materiam noiet: dicit tamē quid cōpositum non ex ḣis: sed huic qr dicit qd cōpositum quātitati. ¶ Nō enim imaginari debem⁹ q coniungat materia quātitati ꝛ forme: sic lapis con iungit lapidi. Quia nihil resultat in lapide: ꝛ si alij la pidi coniungat nec est lapis cōpositio si alij lapidi sic cōiungit. Sed aliquid resultat in materia ex eo q cō iungit quātitati ꝛ forme: qr materia de se est indeterminata ꝛ inextensa. cōiuncta vō quātitati determina tur ꝛ extendit: ꝛ qr alius modus se habēdi ꝛ alius mo dus essendi ut est extēsa cōpetit materie ex eo q cōiū gitur quātitati cōpositioni. est materia quātitati con iuncta q̄ in se cōsiderata. materia itaq; extēsa dicit cō positum non ex ḣis ut intelligamus materiam ꝛ suam extēsionem esse duas res realiter differētes ex quibus fit materia extēsa cōposita. sed materia extēsa dicit qd cōpositum huic ut quid cōpositus quātitati. Quia ex illa cōpositione qudam determinatio ꝛ quidam mo dus se habēdi competit materie: ꝓpter quam determi nationem ꝛ ꝓpter quem modum se habēdi ipsa mate ria dicit esse composita. ¶ Voluerūt autem quidaȝ q hⁱ⁹ extensio materie differēs ab extensione quātitatis sic qdam respectus ꝛ quedam relatio materie ad quā titatem qui ideo mouebant. Quia sicut relatio non ꝑ prie ponit in numerum cum suo fundamēto: qr homo non cum ꝓprie componit ex eo q ex albū hⁱ⁹ extē sio se de ex parte materie ita non ꝓprie ponit in numerum cum materia ita q materia ꝛ illa extēsio sint due res. melius tamē in die hⁱ⁹ extēsionem passi uam de qua ḣic logtur cadere in essentiā materie ꝛ nō facere per se ꝑntum. Sed esse quēdam modum se ha bēdi qui competit materie ex eo q coniungitur quan titati: ꝛ qđ dictum est de hⁱ⁹ extēsione intelligēduȝ est de aliȝ modis se habēdi qui competūt materie ut cō iungit pfectionibus aliȝ. sic ergo differt extēsa ꝛ ma teria sicut dicit materia determiata. ¶ Patet ergo q lȝ mā determinet per aliqd aliud ut per formam māȝ sed forma determinās nō dicit aliud q̄ȝ formam. sic lȝ materia extendat per aliquid aliud ut per quātitatem ut sepe sepius dictum est materia extēsa non dicit aliđ q̄ȝ materiam: sicut quātitas excedēs non aliud q̄ȝ quā titateȝ nominat. ¶ Hijs vijs de leui patet qđ in ꝑnci pio capituli dicebat. Nam cum materia extensa ꝛ or ganiçata ꝛ habēs partes solam materiam nomiet cor pus qđ est altera pars compositi qr dicit materiam or ganiçatam extensam ꝛ habentem partes solam ma teriam nominabit.

¶ Lapm. ȝ. cuȝ dicim⁹ animal cōponi ex carnibus ꝛ of fibus. quid noie carnium ꝛ ossium importet.

Ostendebatur in precedētib⁹ capitulis quid significatur nomine corporis ut genus: ꝛ qđ importet nomine corporis ut est altera pars compositi. restat ostendere quid importet in nomine carnis ꝛ ossis. facit enim magnam difficultatem in quesito ut dum horum nominum significatio ignorat intellect⁹ decipit arguens non in significatione ꝓpria sed extra nea. ¶ Dicēdum ergo carnes ꝛ ossa res esse naturales oportet igitur de talibus noibus loqui ut spectat ad phum naturalem theologia quedam tanq̄ dña scientiarum omnibus aliȝ scientijs uelut sibi ancillantibus in suum obsequiū utit aliȝ ꝛ aliȝ uocabulis scientia rum quātum ad litteralem sensum uocabula illa sunt aliter ꝛ aliter accipiēda. noibus ergo naturalium esse intendēdū ut de eis logtur naturalis. mathec⁹ vō ut mathec⁹. quare cuȝ naturalis ꝑs. ad quem proprie spe ctat cōsiderare de carnibus ꝛ ossibus ꝛ de aliȝ natu ralibus rebus quicqd considerat: cōsiderat cum trans mutatione ꝛ motu: qr que amplius/nuora mouent nō amplius sunt phice cōsiderationis ut dicit secūdo phi sico ꝛ. oportet significata horum nominum videlicet carnis ꝛ ossis ꝛ etiam aliarum rerū naturalium accī pere per compōem ad motuȝ qui ꝓncipaliter est de cō sideratione philosophi naturalis. immo qr motus ca dit in diffinitione nature iuxta illud qđ habet in ꝑnci pio secūdi phisicoruȝ. nā est ꝓncipium motus ꝛ getis per analogiam ad motum accipiēda sunt siḡta talium noium. ¶ Motus autem quātuȝ ad ꝑsens spectat in specie actiuorum ꝛ passiuorum duplex est mot⁹. vnus est ad vnam differētiam pōnis ut grauium deorsum ꝛ leuium sursum. alius est ad oēm differētiam positiōis ꝛ hⁱ⁹ motus ꝓprie ꝛ ꝑm q hⁱ⁹ non sit a forma gravis uel leuis: sed ab aia. motus itaq; factus ad vnam dif ferētiam pōnis est a forma gravis me[ꝛc] uel a forma le uis mediāte leuitate. gravitas ergo ꝛ leuitas ꝛ hⁱ⁹ ac cidētia in tali motu se tenet ex parte forme que est ra tio mouēdi actiue. ratio autem quare ꝑm talem modū mobile mouet passiue est sola materia ut vult p[tot] ~~tot~~ phisi⁹. c. de uacuo. diuidit enim ipsum graue ꝛ leue ~~aliqua~~ duo quorum vnum est ratio mouēdi actiue ut for ma gravis mediāte gravitate: ꝛ forma leuis mediāte leuitate. aliud vō est ratio mouēdi passiue ut ipsa mate ria. Verū qr graue nō mouet seipm nisi scindēdo me dium ꝛ remouēdo phibēs cum remouēs phibens sic agens monēs per accidēs: q̄ȝ graue uel leue mouet se ipsum per accidēs. patet igit q lȝ tam graue leue sit di uisibile in tali aa duo quorum vnum est ratio monen di actiue ꝛ aliud passiue. illa tamē duo non sic se habēt

q̄ vnum sit per se mouens ꝛ aliud per se motum. sed si uolumus motum graui̇um uel leuiu̇z reducere in p̄n cipium per se: reducemus ipsum in generā: q̄ grauia ꝛ leuia per accidens mouent a seipsis. i. quātum scin dunt medium remouendo p̄hibens. per se vo mouē tur a p̄pria grauitate. De hac autem materia tracta re diffusius pertinet ad octauum phisicoꝝ: ibi de ea lu cidius tractauimus. In p̄senti autem intātum dictu̇z sit q̄ in motu grauium ꝛ leuium grauitas ꝛ leuitas ꝛ alia accidētia se tenent ex parte formę q̄ est ratio mo uendi actiue: non autem ex parte materie que est ratio mouēdi passiue: immo q̄ ipsa quātitas est de cōsidera tione naturalis non in se accepta: q̄ sic ptinet ad ma the^cū. Sed ut est coniuncta grauitati ꝛ leuitati ꝛ alijs accidētibus phisicis etiam ipsa quātitas non immeri to in tali motu aliquo modo se dicit tenere ex pte for me: ex cuius parte sui habet modum se tenēt grauitas ꝛ leuitas ꝛ accidētia alia que omnia clarius patent si considerent dicta Cōmentatoris super phi^m.

¶ Itaq̄ si per compōm ad motum diffinite iunt res naturales: si uellemus diffinire formam grauiu̇z uel le uium diceremus q̄ hi^o forma est actus materie: nō au tem diceremus eam esse actum corpis: q̄ materia nu da ꝛ in se cōsiderata corpus nominari non potest. sed si uellemus animam diffinire diceremus ea esse corpo ris actum: q̄ ꝫ motus qui fit a forma grauis fiat me diante grauitate ꝛ in tali motu grauitas ꝛ alia accidē tia se teneāt ex parte forme. motus tamē qui fit ab ani ma fit mediāte appetitu uel mediante aliqua alia virtu te anime que regit materiam organiçatam. In tali er go motu grauitas non se tenet ex parte aie mouentis sed ex parte p̄ncipij passiui ut ex parte materie ꝛ etiam organiçatio ex parte se tenet. ꝛ q̄ materia disposita p organiçationē ꝛ affectio per grauitatē ꝛ per alia accī tia phica pōt dici corpus phicum cum diffinit anima non dicitur q̄ est actus materie sed est actus corporis phici. Q̄ autem grauitas ꝛ hi^o accidentia in motu̇z se tenent ex pte p̄ncipij passiui ꝛ ex parte materie non au tem ex parte p̄ncipij actiui ut ex parte formę sufficien tem fidem facit: q̄ grauitas que est in motu inanima torum ut in motu grauium reddit hi^o motum celerio rem: in motu aialium habet impedire talem motum.

¶ Itaq̄ si ratio quam figit nomen est diffinitio ut dici tur in .4. meta^cc. loquēdum est de significatione nomi num ut logmur de ipsis diffinitionibus: quare cu̇z dif finitio ipsius nāe accipiat per comparationem ad mo tum q̄ in motum grauium ꝛ leuium ut patet per habi ta. sola materia se tenet ex parte p̄ncipij passiui ꝛ tota resistētia in tali motu est ex parte medij. bene dictū est q̄ diffiniret forma grauium ꝛ leuium diceretur q̄ est actus materie. Sed si diffiniret anima diceret q̄ actus corporis phici. q̄ organiçatio ꝛ extēsio per quantita tem ꝛ affectio per grauitatem in motu talium se tenet ex parte materie. materia autem extensa ꝛ organiçata per quātitatem ꝛ affecta per grauitatem ut dicebatur potest dici corpus ꝛ etiam corpus phicū. Erunt ergo grauia ꝛ leuia cōposita ex materia ꝛ forma ꝛ in eis al tera pars compositi solum materia noiat. sed anima lia sunt cōposita ex corpore ꝛ forma ꝛ in eis altera ps cōpōsiti non soluz materia sed etiā corp^s poterit noia ri.

¶ Aduertēdum tamē q̄ corpus qō est altera pars cōpositi in aialib^9 ut aliqualiter est phica materia cu̇z dicit aliquid compositum ex hijs sed cōpositum hinc: ꝓpter qō corpus sic acceptum nō dicit materiā ꝛ quā titatem uel materiam ꝛ qualitatez. sed dicit ipsaz ma teriam ut habet quēdam modum loquēdi ut put est quātitati ꝛ qualitati cōiuncta. nominat enim hi^o cor pus ut sepe ꝛ sepius dictum est materiam organiçatā ꝛ affectam per grauitatem ꝛ per alia accidētia phica. materia vo organiçata extēsa per quātitatem ut supe rius dicebat: non dicit aliqd aliud q̄z materiam: sicut quātitas excedēs ꝛ organiçans non est aliqd aliud q̄z quātitas. sic etiam materia affecta per grauitatem non est aliqd aliud q̄z materia: q̄ sicut grauitas seipsam af ficit ꝛ quātitas formaliter seipsam organiçat ꝛ exten dit. sic materiam hijs cōiunctā nō mediāte aliquo alio modo sed seipa passiue organiçat ꝛ extēdit ꝛ afficitur.

¶ Hijs visis de leui apparet qd significat nomine car nis ꝛ ossis. Nam patet q̄ carnes ꝛ ossa sunt de cōpō ne aialium q̄ omnia animalia uel habēt carnes ꝛ ossa uel habent aliquid loco carnis ꝛ ossis: q̄ reperiunt ali qua aialia ossa non habētia habent tamen aliquid lo co carnis ꝛ ossis ut spinas aut sipionem ut innuit phs in posteriorib⁹. sed cum altera pars cōpositi in aialibus non dicat materiam quocūq̄ modo sumptam sed materiam ꝛ extēsam ꝛ organiçatam ꝛ affectaz per de bitas qualitates phicas hi^o materia prout erat affecta alia ꝛ alia qualitate phica aliud ꝛ aliud sortit uocabu lum: ut affecta per duritiem ꝛ alias qualitates debitas nomiabitur os: affecta vo per molliciem ꝛ per alias q̄ litates debitas uocabitur caro. os nāq̄ nominat mate riam sic extensam in tali qualitate affectā: caro vo no minat materiam extensam ꝛ affectam sint ossa.

¶ Lapl'm. 4^m q̄d censendum sit de carne ꝛ osse uī. dicit caro eguoce de carne mortua ꝛ viua. ꝛ videt os eguo ce de osse mortuo ꝛ viuo.

d Difficultatem maximam facit in ꝓposito equocatio que videt consurgere circa carnes ꝛ ossa viuo rum ꝛ mortuoꝝ: q̄ recedēte anima a corpore ꝑm phi losophu̇z non remanet caro nisi equiuoce: ꝛ os nisi eq uoce. Nam si philosophi viam sequi uolumus: videt q̄ omnino cogamur dicere mortuos: nec habere manus nec brachia: nec carnes nec ossa. vident enim mor tui ut dicit p̄mo de generatione. c^o de aug^to. magis ha bere carnes ꝛ ossa q̄z manus ꝛ brachium: q̄ nō est ita nota operatio carnis ꝛ ossis sicut est nota opatio ma nus ꝛ brachij. ꝛ statim enim cu̇z videmus aliquē mor tuum cognoscimus q̄ manus ꝛ brachium eius si ha bent ꝓpriam opationem ideo statim iudicamus q̄ nō ibi manus nisi equoce. Sed cum opatio carnis ꝛ ossis sunt magis latens ut vult phus q̄ non ita apparet no bis mortuos non habere carnes ꝛ ossa: sicut appet eos non habere manus ꝛ brachia: tamen ꝑm eum quātum ad ueritatem nihil horum mortui habēt. q̄ nō habent carnes nec ossa nec habēt manus nec brachia nisi equi uoce: q̄ ꝑm ipsum non plus est caro mortua q̄z caro pi cta: nisi forte diceret caro ꝑm materiam q̄ est ibi ma teria que fuit sub forma carnis. ꝑm tamē speciez ꝛ ue ritatem caro mortua est caro equoce: ut pro tāto dica tur caro: q̄ habet aliquam similitudinem cum carne: sed quēadmodum ꝛ caro picta posset dici caro q̄ car ni assimilat. Si ergo equoca sunt aial ꝛ homo ꝛ quod pingit equoca erunt caro uera ꝛ caro picta: ꝛ etiam ca ro mortua ꝛ viua.

¶ Sed ꝑm h̄ via phi magnu̇z erro rem generat in auribus fidelium q̄ ex hoc sequit ut vi deat q̄ caro christi mortua non esset uera caro. reliquie etiam sanctoru̇z ut eorum ossa non erant uera ossa. q̄ si uellemus in hijs superficialiter euadere q̄ loquendu̇z est ut plures ꝛ cōmuniter vulgus dicit: mortuos habe re carnes ꝛ ossa: si carnes sanctoru̇z si sunt talia ꝑm cō munem modum loquēdi videt ex hoc sequi sanctorū reliquias ~~ordinādas~~ non esse qō dicere est magni stu poris ꝛ horroris ut pia fides sufficiēter ostēdit.

¶ Sci endum igit q̄ caro quātum ad p̄sens spectat triplici ter sumi pōt. vno mō ut est nomen officiale. alio mō ut est nomē sbe cōposite. ꝛ 3° mō pōt accipi caro ut est al tera ps cōpositi.

¶ Primo mō caro nō dic̄ solā sbam

sed noīat ſbam cum aliquo accīte uel cum aliq̄ potentia ſiue cuz aliq̄ virtute. ¶ Sz secūdo ⁊ tertio mō noīe carnis ſola ſba dat intelligi. Vult enim pbus in scdo de aīa. q̄ si oculus eēt aial visus eēt forma eius. oculus ſgit ut est nomē organicum ⁊ ut est nomen offi^le^ nō dicit ſolam ſbam: sed dicit ſbaz cū potētia visiua: que potentia visiua accīs est. ¶ Dediāte autem hac potētia visiua cōpetit oculo eē organum deseruiēs corpori ⁊ habere quādam ꝓpriam opationem. Et sicut oculo competit habere quādam virtutem per quam competit ei quedam ꝓpria operatio: sicut in carne ⁊ osse est quedam virtus ſm quam competit carni ⁊ ossi hēre quādam ꝓpriam opationem per quam pōt alimētū ad se ꝙuertere. ¶ Loquēdo itaq; de carnib^9^ ⁊ ossibus ⁊ de alijs partibus animalis ut sunt nomina organiçata ⁊ offi^lia^ nō dīt solam ſbam sed cum aliq̄ vtute per quam cōpetit eis aliq̄ ꝓpria opatio ſm hūc modum loquendi. sicut visus est forma oculi ⁊ oculus nō vidēs nō est oculus nisi equoce. sic illa vtus per quam caro hēt operationem ꝓpriam est forma carnis sine hac vtute quātum ad hūc modum accipiēdi caro nō erit caro nisi equoce. ¶ Patet itaq; qd ſgit caro ⁊ os ⁊ cetera talia ut sunt noīa organica ⁊ officialia: qz ſignt ſbam cū aliqua vtute accidentali: ita q̄ illa accītalis vtus principalius ſgit formam q̄z aggregatum ut dicit. 8. meta^ca^. ¶ Sed ꝑter hūc moduz accipiēdi opz dare alios modos. opz enim taliter posse accipi carnes ⁊ ossa q̄ solā ſbam significēt. Nam ex nō ſbīs nō fit ſba. cum ergo carnes ⁊ ossa sint ptes aialis ⁊c. al' ꝙsistet ex carnib^9^ ⁊ ossib^9^: q̄ al' ſbam dicit: opz carnes ⁊ ossa talr posse accipi: q̄ nō nisi ſbam significēt. Immo qz diffinitio ſbe nō est per additamēta: ⁊ in diffōne ſbe dicte non debet poni nisi ſba: carnes ⁊ ossa que pōt ingredi diffinitio aialis accepta ut ingrediunt diffōnem eius solam ſbātiam significabūt: sed tā ſba possit dicē ſba cōpōsita ⁊ de ea que est altera pars cōpositi. qz cois est distinctio phi in 1^o^ de aia. ⁊ in plurib^9^ locis in meta^ca^. qz ſba dicitur mā: forma cōpositum. Caro ergo que includit ex parte māe ut dicit ſbam cuz nō hēat rōnem formē: uel nominabit ipsam ſbam cōpositam: uel dicet ipsam mām que est altera pars cōpositi. q̄ aūt noīe carnis significetur altera ps cōpositi dubiū esse nō pōt: cum dicamus aial existere ex aia in carne. In hac enim acceptione sicut aia dicit alteram ptem cōpositi formalez: sicut ⁊ caro dicit alteram ptem compositi mālem. ¶ Sed forte apud aliquos eēt dubiū ut noīe carnis possit intelligi ſba cōpōsita ex mā ⁊ forma. sed ꝺ nullam difficultatē in ꝓposito facit. sufficit enim ad nrm ꝓpositum declarādum q̄ noīe carnis ⁊ altera ps cōpositi intelligi nerum pcm illa acceptio q̄ noīe carnis intelligat ſba cōposita ex mā ⁊ forma nō est oino abȳciēda. qz in sacra pagina noīe carnis nō solum ſba quocūq; mō cōposita dat intelligi: sed etiam ipse hō aliqñ noīe carnis intelligit. Nam cum dicit vbum caro factum est. ibi caro pro hoīe stat ut exponit Aug^9^. 4. de tri. tale enim dictum est vbum caro factum est. ac si diceret. filī^9^ qui est vbum patris factus est hō. ¶ Uiso igit q̄ caro ⁊ os ⁊ cetera talia triplr sumi pōt: de leui patet qd i ꝓncipio huius caplī declarandum ꝓponebatur. Nam qr. videt caro dicat equoce de carne mortua ⁊ viua ⁊ os de osse mortuo. patet q̄ si accipiat caro ꝓut est nomē organicum ⁊ offi^lc^: ⁊ ut includit pōm illam per quam caro habet ꝓpriam opationem supra alimētum ⁊ supra cibum equoce dicit caro de mortua ⁊ viua: eo q̄ mortua hī^9^ opationem hēre nō possit. ſm hūc itaq; moduz loquit pbus in p^o^ de gīatione. q̄ mortua magis videat habere carnes ⁊ ossa q̄z manus ⁊ brachia. accipiendo enī tā carnes ⁊ ossa q̄z manus ⁊ brachia: ut sunt noīa offi^lia^: nisi nihil hoz dicunt mortui hīe equoce: tū ut dicebat magis vident hēre carnes ⁊ ossa q̄z manu^9^ ⁊ brachia. qz cū nō sit ita nota nob ꝓpria opatio carnis ⁊ ossis sicut manus ⁊ brachia: magis est notū eos nō habere manus ⁊ brachia: q̄z carnes ⁊ ossa. ¶ Si vo accipiat caro ut est nomē ſbe cōpōsite ex mā ⁊ forma ſbali sic adhuc caro mortua nō est caro nisi equoce cuz nō sit in carne mortua aia sensitiua. ⌈ Sed si accipiat caro ſm acceptionem tertiam ꝓut dicit ipsam māz sic extēsam quātitatiue ⁊ sic affectam tali qualitati: caro mortua pōt dici caro vniuoce: ⁊ os mortuuz: os vniuoce: qz plures q̄lītates ut mollicies ⁊ plura alia accītia phica ſm eādem spēm remanere pōt in carne mortua: que fuerūt in carne viua. ⁊ qz mā illa eisdem qualitatibus est affecta ut est sub forma. mortui ut est sub priua tione forme gbus erat affecta ubi erat sub forma viui pōt dici eadem caro vniuoce mortua ⁊ viua: ⁊ qd dictum est de carne: intelligēdum est de osse. ¶ Aducrtēdum tñ q̄ caro ſm hāc tertiam acceptōem magis ꝓprie accipit q̄z ſm acceptionē secūdam: qz caro ꝓprie ⁊ p te magis dicit alteram ptem cōpōsiti ut ꝑmaz materiam q̄z dicat ſbam cōpositam. ¶ Aduertēdum etiā q̄ sicut materia extēsa ⁊ organica per quātitatem non dicit aliqd cōpōsituz ex his sed huic nec dicit materiā grauitatem: sed dicit solam ꝓut habet quēdam modū se habēdi inquātum est quātitati cōiuncta: sic materia affecta per q̄litatem nō dicit aliqd cōpositum ex his sz huic ꝓut hēt quēdam modum se habēdi: ut est tali aut tali qualitati cōiuncta. ¶ Ex hoc aūt patere potest q̄ materia sic accepta ut dicit corpus aut caro aut os nō est materia sumpta ſm se. ⁊ sic differt materia prima ⁊ ꝓrima: ita q̄ si cōsideret materia ſm suam eēntiam solum ꝓut nō est organiçata ſm aliquam dispōnem partium: nec est affecta per aliam qualitatem sic accipitur ut est ꝑma ⁊ hoc modo est vna in oibus habētibus eaz sz si sumat materia ut est organiçata ⁊ extēsa sic pōt dici corpus non ſm q̄ ck genus sed ſm q̄ est altera pars cōpositi. Si vo ulteri^9^ cōsideret materia ut est sub tali qualitate ubi mollire ⁊ alijs qualitatibus debitis: sic dicit caro. Si vo cōsideret ut est affecta duritie ⁊ alijs accītibus cōgruis: sic poterit dici os. ⌈ Quare caro ⁊ os ⁊ corp^9^ ⁊ cetera talia nō ut sunt noīa ſbaruz sed ut sunt parz ſbe compositc ipsam mām noiant: nō ꝓmam remotam: sed ꝓpinquam ſm quem modum accipiendi plane patet quomodo caro mortua ⁊ viuū vniuoce dici posiunt.

¶ Capl'm 5^m^. Utrum caro mortua ⁊ viua possint dici eadem numero. ⁊ utrum ossa ⁊ nerui ⁊ h^9^i partes cedem nūo dici possunt.

Circa principium secūdi de gīatione videt pbus uelle q̄ in generatiōe ⁊ corruptione el'a^r^ qualitas ſmbola maneat ut sic ex aere generet ignis qz hec duo elemēta conueniunt in calore: sed lz in aere corrupto nō maneat humiditas in qua differt ab igne: manet tamen caliditas in qua cōuenit cum eo. Sed quomō maneat q̄litas ſmbola dubium est. tenēt enim qdam q̄ manet eadē specie nō eadem numero. si enim ex aere fiat ignis utraq; qualitas aeris corrumpet: videlicet tam caliditas q̄z humiditas. aliter enim ⁊ aliter: qz humiditas que est qualitas differēs corrūpit per se ⁊ a cōtrario. ꝓpter q̄ hi^9^ qualitas nec manet eadem specie nec eadem numero: sed caliditas que est qualitas ⁊ ſmbola ⁊ conueniens non corrūpit ſm q̄ hui^9^ ⁊ per se ⁊ a contrario: ga cōuenicns ſm q̄ hi^9^ cōuenienti non ꝙriat corrumpitur tñ per accīs cor^nc^ sbi. Nam qz corrūpitur aer corrumpit ⁊ caliditas aeris. aut dicēdum est q̄ talis qualitas cum sit corrupta nō manet eadez numero manet tñ eadem specie. ⌈ Sed si sit dīns lz aliquo mō salnare possimus quia caro possit dici caro vniuoce de carne

mortua ⁊ viua: nō videt via ad euadēdum quō possit dici eadem numero caro mortua ⁊ viua. Nam indiui duoꝝ ⁊ picularium nō est sciētia neqꝫ diffinitio ut dicitur. 7. meta^cc. j. spēs enim spālissimā non est descendere per formales dīas sed per cōditiones mäe. cuꝫ ergo diffinitio cōstet ex gīe ⁊ dīa nō erit diffinitio particulariū ad que nō sit descēsus per dīas sed per significationes uel cōditiones mäe. Itaqꝫ indiuidnū cū nō habeat ꝓpriā diffinitionē habet tñ eādē diffōnem cuꝫ suo uli: sine cū sua specie. ḃ est enim qđ dicit in elench. q eadē est rō hois ⁊ vni⁹ hois ut callie: aut sortis. igit si vniuoca sunt quoꝝ nomē est idē ⁊ rō sbe est eadeꝫ. si aūt maneat q̄litas simbola eadeꝫ nūo: opꝫ q vniuoca sit q̄litas simbola sic in re corrupta ⁊ gīata. sed si mollicies ⁊ plura alia accītia phīca remanēt in carne mortua que ꝑus erāt in carne viua sine remaneant eadem nūo sine eadē spe: tū mollicies ⁊ alia accītia vniuoce hēbūt eē hic ⁊ ibi. imo qꝫ in specie est uera vniuocatio ut ꝓbat. 7. phīsicoꝝ. q̄ꝺiu talia accītia remanēt eadē specie tādiu reseruabit ibi uera vniuocatio. q̄re cuꝫ caro ⁊ os ⁊ cetere tales ptes corpis dicāt mām tali qualitate affectā q̄ꝺiu manet illa eadē q̄litas vniuoce tādiu remanebit illa eadē caro ⁊ illud idē os: ⁊ ille idem neruus vniuoce. Accipiēdo ergo carnē ⁊ os ⁊ neruum nō ut sunt noīa officialia ⁊ organica: sed ut sunt nomina sbarum ⁊ ut sunt ptes substantie composite donec caro sit incinerata ⁊ ossa sunt cōuersa in puluerem: ⁊ nerui sint cōuersi in puluerem: talia remanent eadem vniuoce: qr remanet mā affecta eisdē q̄litatibuꝫ vniuoce qbus ꝑus afficiebat cum erat sub forma viui. Non est ergo dubiū ex idētitate vniuoca ad quā sufficit vnitas speciei. ¶ Sed dubi^m est de predētitate numerali ad quā regrit vni^tas indiuidui. Mā si in re corrupta ⁊ gīata ⁊ in carne mortua ⁊ viua nō exīstūt eedē qualitates nūo sed spē: qr caro ⁊ os ⁊ terra talia nō dīt materiā ꝑꝫ se acceptā ꝙꝫ noīant māꝫ sic affectā ut hūc hūc aut hūc modū se hndi ⁊ ꝑut est ꝙiūcta talibus aut talibus q̄litatibus cum nō remaneāt eadē affcō nūo: nec idē modus se hndi nūo: ⁊ per ꝙns ut videt eadeꝫ caro uel idē os aut idē neru⁹ nūo remanere nō poterit. Est enim diligēter notādū q ꝙꝫ caro ut est nomen sbe ⁊ ut dicit alterā ptē cōpositi nō dicat mām ⁊ q̄litatē dictā mām ꝑut dicit aliquē modū se hndi ut est ꝙiuncta tali ac tali q̄litati. q ergo ut dicit remanere eadē q̄litatem nūo cū remaneat idē modus se hndi: ⁊ ut eadē caro nūo dici possit. ¶ Hāc aūt difficultatē triplr vitare possumus. ꝑ⁰ ut mā compat ad formā. 2⁰ ut compatur ad h⁰⁶ modū se hndi. 3⁰ compat ad corpus christi: ꝓpter qđ tales difficultates sunt mote. ¶ Prima via sic patet. Nam ꝙꝫ mā ut sba sic forme sit cā oium accītiū que fiūt in ea ut dicit ꝑ⁰ phīsicoꝝ. aliq tñ accidētia magis se tenēt ex pte mäe. alia vō magis ex pte forme. Immo qr in ipsis formis sbalibus est dare quosdaꝫ dignitatis gradus: qr alique sunt magis mäles ⁊ mäe īmēse. alique vō sunt magis imäles ⁊ mām superātes: nō est incōuentēs aliq accītia que in vno se tenēt ex pte forme mälis in alia se tenet ex pte mäe. Mā sicut distinguimus de formis q alique sunt magis mäles alique vō min⁹ sint: ⁊ de ipsa mā distinguere possum⁹ ut distinguamus q aliq forma regrit mām magis determinatā redactā ad actū: aliq vō minus. qr quāto forma regrit mām magis dispositā. ⁊ quāto plura accidētia se tenēt ex pte mäe: tāto dicit mā illa magis determinata ⁊ magis redacta ad actū. ex ḃ aūt patere pōt intellectus illius vbi coium. q forme elemēto ꝝ ifōmāt mām ꝑmā. Nam sicut forme mixtoꝝ qr ꝙꝫ forma sbalis imediate ꝙiūgat ipsi mäe elemēta ut sunt composita ut supra ostēdebat nō ex corpe ⁊ forma sed ex materia ⁊ forīa qr imota elemēta to ꝝ oia accītia se tenēt ex pte forme ⁊ mā elemēto ꝝ nō regrāt tātā dispōnē ⁊ tā tam actualitatē quātā regrit mā mixtoꝝ ⁊ maxie mā aialiū. ⁊ ꝓpter q ḃ rō introducta est: igit ꝓpter hāc diuersitatē mäe ⁊ ꝓpter hāc maiorem ⁊ minorem dispositionem ⁊ actualitatem mäe. put cōungit alīj forme: sicut distingnimus q forme quedam sunt forme: quedam sunt magis mäles: quedam vō minus. sic distinguere possumus q materia quedā est magis formalis ⁊ redacta ad actum. quedam vō minus amare clarius appet. Verum est qđ dicebāt q accītia que in vno se tenēt ex pte forme materialis in alio se teneāt ex parte mäe ꝓpter eius formalitatē. ⸢ Cum ergo dicit q̄litas simbola nō manet eadem' nūo in re corrupta ⁊ gīata: ut qdam uolūt. Hoc intelligēdum est de q̄litate simbola se tenēte ex pte forme: ⁊ nō de q̄litate simbola se tenēte ex pte materie. ¶ Loīi si sic dīus: irrōnalem pōnem: videmnr assumere: qr si corrupto sbo corrumpunt oīa que sunt in ipso: qr materia cum forma sbali est forma rum accītalium sbm si cedit forma sbalis in pōm materie: oportet oēs formas accītales cedere: ⁊ si maneant aliquo mō hi⁹ forme nō remanebūt eedem numero sed eedem specie. ⸢ Aduertēdum ergo q rō non est oīno improbabilis reputāda: qr si materia cum forma sbali esset sbm formarum accītaliuꝫ: qr nulle forme accidētales possent imediate attingere mām. sicut uestis secūda nullo mō immediate attingit corpus sed soluꝫ uestis ꝑma: nō esset via ad euadēdum quō aliquādo tales forme possent eedem nūo remanere. sed ut infra ostēdet. ¶ Quelibet forma tam sbalis q̄ꝫ accītalis quantum ad actualem exītiam imediate attingit esse. q si forma sbalis est media inter eēntiam mäe ⁊ accidentales formas: ḃ est ꝑm nālem intellectū ⁊ ꝑm ordinē causalitatis. q̄re si aliqua accītalis forma est simbola ⁊ cātur a forma corrupta ut ꝙ^r: cum forma introducta nō ut differt ab illa. Sed illa ꝓpietas si simbola se teneat ex parte materie cum materia sit indiuidua cois ꝑncipium ⁊ maneat eadem numero probabiliter ut videtur poterit sustineri q quantum ad indiuiduationem ⁊ quātum ad idētitatem materialem hi⁹ ꝓpietas poterit eadem nūo remanere. ꝑm ḃ ergo dicemus qr sicut in re corrupta ⁊ gīata nō remanet forma sed eadē mā: ita nō manet realiter eadeꝫ q̄litas simbola se tenēs ex pte forme. manet aūt realiter eadeꝫ quātitas simbola se tenēs ex pte mäe. ⸢ Et qr mollicies ⁊ alia accītia phīca qbus affecta mā noīat caro se tenēt ex pte materie poterūt eedem realiter remanere. Quare accipiendo nomē carnis eo mō quo diximus poterit remanere eadem caro nūo ⁊ mortua ⁊ viua sicut ⁊ eadem materia nūo remanet in re gīata ⁊ corrupta. ⸢ Ꝓparādo ergo mām se tenēt alia vō ex pte forme: patet ꝑm ꝑfatuꝫ modum dicēdi qđ cēsendum sit de idētitate mälī carnis mortue ⁊ viue. ¶ Scda via ad inuestigādum hoc idem sumit ex eo q mā compat ad hi⁹ modum se habē di. Nam sicut qr in re cōposita forma est ꝑncipiū ideo idētitas nūalis sumit ex forma: sic qr in mā determinata ⁊ habēte aliquem modum se habēdi materia est ꝑncipalior q̄ꝫ sit illa determinatio: cuꝫ h⁹⁶ determinatio non dicat nisi quēdam modum se hndi: ⁊ res sit ꝑncipalior q̄ꝫ modus: condētitas nūalis magis accipiet ex ipsa materia q̄ꝫ ex ipso mō. mollicies itaqꝫ ⁊ alia accidētia phīca siue maneāt eadem spe siue eadem carne mortua ⁊ viua. tum qr manet eadem mā nūo accipiēdo carnem ut dicit ipsam habētem hi⁹ moduꝫ se habēdi: ⁊ si ꝑm q nō debeat dici eadem caro nūo mortua ⁊ viua. ꝓbabiliter tñ sustineri pōt etiā sectādo hāc viam q sit eadem caro nūo simplr ꝓpter idētitatem materie a qua ꝑncipaliter sustinenda est idētitas q̄ꝫ actio ⁊ potissime cui hi⁹ modus se habēdi cedat in ipsam eēntiam mäe ⁊ nō ꝓprie ponat in mām: cuꝫ materia itaqꝫ

